

quoniam, quippe, quando, quandoquidem, siquidem, ideò, propterea, cum, postquam, ut, ne, quò, quin.

Conclusivæ: Ergo, ideo, igitur, idcirco, itaq, proinde, propterea, quare, quamobrem, quapropter.

Electivæ: Quàm, ac, atq.

Continuativæ: Primum, deinde, præterea, tum, item, insuper, deniq, primò, secundo, ultimo, postremo, porrò, cæterum, adhoc, adhac.

Completivæ: Nam, ergò, igitur, quidem, equidem, sanè.

O R D O.

Quotuplex est Ordo Coniunctionum?

Triples: Præpositivus, Postpositivus, & Communis seu indifferentis.

Quæ Coniunctiones sunt Præpositivi Ordinis?

Quæ in Oratione tantùm præponuntur: ut, Ac, ast, at, nam, nec, si, nisi, sin, quin, seu, sive, verùm.

Quæ sunt Postpositivi Ordinis?

Quæ in Oratione tantùm postponuntur: ut, Autem, enim, quoq, verò.

Quæ sunt Ordinis Communis?

Quæ aliàs præponuntur, aliàs postponuntur: ut, Ergo, igitur, itaq, quoniam, tamen.